

bus non est permiss. facere testament. & istam opinionem tenet expressè Bald. quem alii DD. sequuntur, in leg. Si quando. §. Illud. Cod. de Inoffic. testament.

Tertia opinio est, quòd tale testamentum valeat, si in eo est inserta causa, quia testator dicat, quòd ideo omittitur institutio, quia instituendus noluit institui, sed renuntiavit institutioni. Nec obstat si dicas, quòd ista non est causa inserta in Authentic. Ut cum de appellat. cognosc. cap. Causas collat. 8. Quia ille textus loquitur in exhæredatione, quæ fit invito filio: secùs autem in exhæredatione, quæ fit eo volente, ut in nostro casu; quia tunc non videtur correctus: textus in dict. leg. Non putavit. §. Si quis sua manu. ff. de Contra tabul. Et in expressò istam opinionem sic declaratam tenet Bartol. in dict. leg. Si quando. §. Illud. Cod. de Inoffic. testam. & ibi Angel. de Perus. & Paul. de Castr.

5 Quarta opinio est, quòd prædicta Glossa in dict. leg. Si quando. §. Et generaliter. & ejus conclusio procedat & sit vera in exhæredatione; quia valet propter consensum instituendi, modo in ea inseratur ista causa, modò non, quia jam est servata forma à lege requisita: sed non procedat in præteritione, licèt instituendus consentiat; quia forma legis non est servata. Et istam opinionem tenet Imol. in leg. Si quis posthumos. §. 1. column. 1. post princip. ff. de Liber. & posthum. Roman. in leg. 2. Cod. de Bonor. possess. contra tab. 5. column. num. 12. Jas. ibi 9. column. num. 27. Idem Jason. in leg. Inter cætera. ff. de Liber. & posthum. final. column. Alexand. in Authentic. Non licèt. Cod. de Liber. præter. 2. column. num. 3.

Sed his non obstantibus, dico, quòd prædicta Glossa in dict. leg. Si quando. §. Et generaliter, & ejus conclusio magis communis approbatur: imò, quòd modò instituendus prætereat, modò exhæredetur, & modò causa sit expressa, modò non, testamentum valet & tenet ratione sui consensus & renuntiationis. Et in expresso illam Glossam & conclusionem sic declaratam tenet ibi Petr. Cyn. Jacob. Butr. Alber. & Jason: tenet etiam Bald. in leg. 2. Cod. de Bonor. poss. contra tab. 2. column. in fin. num. 5. Angel. in leg. Qui se patris. Cod. Unde liber. penult. column. num. 9. Bald. in leg. Filio præterito. ff. de Injust. rupt. penult. column. in fin. Angel. ibi, 2. column. Imol. ibi latiùs & notabiliter 25. column. versic. Pro ista allegat hic Bald. &c. cum sequent. column. saltem intelligendo, quòd illius consensus & voluntas facit quòd valeat testamentum de jure prætorio, argumento text. in dict. leg. Filio præterito. Angel. in leg. Si quis posthumos. §. 1. de Liber. &

posthum. in fin. Alexand. ibi, fin. column. & istam dicit magis communem opinionem Jas. in leg. Inter. cætera. ff. de Liber. & posthum. fin. column. in fin.

Sed advertendum quòd prædicta Glossa & communis opinio nullo modo videtur procedere: quia talis consensus filii vel patris instituendi, & renuntiatio tituli institutionis in effectu nihil aliud est quàm renuntiatio futuræ successionis: sed illa non valet, ut dicit materia nostra, & supra latè probavi; ergo nec talis consensus, vel renuntiatio tituli institutionis debet valere. Confirmatur 1. quia prohibito aliquo actu vel dispositione, censetur prohibitum omne illud per quod pervenitur ad illud: textus est in leg. Oratio. ff. de Sponsalib. textus in leg. Cum lex. ff. de Fidejuss. textus in leg. Quod dictum. ff. de Pact. textus notabilis in proposito in leg. Quæritur. ff. de Bonis libertor. text. in leg. Quod. si pater. eod. tit. textus in leg. Non minus. ff. de Hered. inst. text. in leg. Neque per se. Cod. eod. tit. Secundò confirmatur per text. notabilem & expressum in leg. Filio præterito. ff. de Injusto rupt. ubi dicitur, quòd si filius præteritus abstinuit se bonis patris, videtur testamentum patris approbare: & sic apertè vult, quòd renuntiatio bonorum patris post mortem ejus idem importat quòd approbatio testamenti, & renuntiatio tituli, considerato effectu: Ergo ex illo textu benè inferitur, quòd paria sunt renuntiare titulo institutionis, ac renuntiare ipsi hæreditati, vel è contra. Et certè ille text. inevitabiliter stringit contra prædictam Glossam & communem opinionem. Tertio confirmatur per text. expressum, qui caret responsione, in dict. leg. Si quando. §. Illud. Cod. de Inoffic. testam. ubi expressè disponitur, quòd si filius aliquas res vel pecunias recepit à patre, & promissit non agere contra testamentum ejus querela, vel alio quovis remedio, licèt prætereat, vel exhæredetur; talis promissio vel renuntiatio non valet, sed mortuo patre poterit filius testamentum oppugnare. Quarto confirmatur, quia etiam hoc casu concurrunt omnes rationes superius per me assignatæ, per quas reprobatum pactum de non succedendo. Et certè est ista valdè subtilis & nova difficultas in nostra materia, quam per aliquem non reperio tactam, & libenter audirem ejus solutionem.

Sed huic difficultati possum respondere sequentibus modis. Primò modo, quòd aliud sit renuntiare hæreditati, & futuræ successioni, & illa non valet: aliud sit renuntiare titulo institutionis; & illa bene valet, cum diversus sit titulus institutionis, & ipsa hæreditas vel successio. Sed ista solutio nihil valet, quia potius est verbalis quàm realis. Vel aliter & secundò respondeo: quòd

quòd renuntiatio successionis, vel hæreditatis non valet, quia est quædam privatio bonorum generalis; tam ab intestato quàm contra testamentum; quia non poterit succedere ab intestato, nec agere contra testamentum, si sit præteritus, vel exhæredatus: renuntiatio verò tituli institutionis non est abdicatio hæreditatis generalis, sed tantum particularis, in casu quo fiat testamentum; unde ab intestato benè posset succedere. Sed ista solutio non concludit, quia eadem est ratio quòd non valeat in uno casu, sicut in alio: Præterea contra istam solutionem facit text. apertus, quem supra ponderavi, in dict. leg. Si quando. §. Illud. Cod. de Inoffic. testament. Præterea illa solutio non valet, quia sequeretur quòd pactum de non succedendo valeret, saltem ut non possit instituendus agere contra testamentum defuncti: quòd est falsum; ergo illud ex quo sequitur. Unde huic difficultati aliter & tertio, & quidem subtiliter & novissimè respondeo: quòd prædicta Glossa in dict. leg. Si quando. §. Et generaliter, & communis opinio necessariò debet intelligi quando defunctus erat in actu testandi in vita vel morte, & ipse volebat instituere filium vel patrem, qui de necessitate erat instituendus, & illo tempore instituendus consensus ut non institueretur, vel renuntiavit titulo institutionis: quia tunc talis consensus & renuntiatio valet & tenet, cum per eum stetit, & testatori nihil est imputandum: & talis consensus non dicitur renuntiatio juris futuri; sed præsentis, hoc est tituli institutionis, qui illo tempore quo fiebat testamentum sibi debebatur: & licèt in consequentiam veniat privatio hæreditatis, non attenditur, cum fundetur in jure de præsentis. Ex quo singulariter infero, quòd si talis consensus, & renuntiatio tituli institutionis fieret non ipso actu testandi, sed antea, non valeret per rationes superiores. Item infero, quòd si pacto, vel transactione, aliquo dato vel retento, instituendus consentiat quòd non instituat, & renuntiet titulo institutionis; tale pactum & renuntiatio non valet; quia non videtur libera & spontanea renuntiatio, sed coacta ratione pretii. Et pro ista mea sententia & declaratione considero textum expressum in dict. leg. Non putavit. §. Si quis sua manu. ff. de Contra tab. ubi apertè deciditur, quòd pater erat in actu testandi, & filius noluit institui, sed manu propria se scripsit exhæredem; & talis consensus & exhæredatio valet. Secundò pro ista mea sententia & declaratione considero text. expressum in dict. leg. Si quando. §. Illud. Cod. de Inoffic. testament. ubi dicitur, quòd si pacto vel transactione, aliquo recepto,

renuntiavit institutioni, & promissit non rumpere testamentum, talis promissio & renuntiatio non valet. Et certè iste est verus intellectus horum jurium, & hujus difficultates: & istud est quòd apertè voluit Glossa in dict. leg. Si quando. §. Et generaliter. prout apparet ex ea informatione quæstionis, in quantum dicit: Quid autem si filius patrem vel matrem, vel è contra, vult instituere, & instituendus dicat nolo, &c. & sic apertè loquitur quando talis consensus vel renuntiatio adhibetur tempore testamenti, & sic in ipso actu testandi ita formant ibi quæstionem Petrus de Bellaper. Jacob. Butr. Cynus & DD. antiqui: & juxta istam meam solutionem & declarationem sentit Joan. de Imol. in dict. leg. Filio præterito. 26. column. in fin. in versic. Sed certè istud non sequitur. sentit etiam Angel. de Perus. in leg. Si quis posthumos. §. 1. de Liber. & posthum. in fine.

6 Advertendum tamen, quòd materia nostra, & ejus conclusio, quæ habet quòd pactum de non succedendo non valeat, procedit & debet intelligi quando non intervenit juramentum: secùs tamen est si interveniat juramentum, quia tunc benè valet. Cujus ratio est, quia non est contra bonos mores, nec vergit in æternæ salutis dispendium, nec redundat in alterius detrimentum: text. est capitalis & expressus in cap. Quamvis pactum. de pactis lib. 6. cujus verba sunt: Quamvis pactum patri factum à filia dum nupta tradebatur, ut dote contenta nullum ad bona paterna regressum haberet, improbat lex civilis: Si tamen juramento, non vi, nec dolo præstito firmatum fuerit ab eadem, omnino servari debet, cum non vergat in æternæ salutis dispendium, nec redundet in alterius detrimentum. Confirmatur per text. cum materia, in cap. Cum contingat. de Jurejur. & per text. in cap. Licèt mulieres. eodem tit. lib. 6. ubi contractus super rebus dotalibus firmatur juramento: & per text. In Authentic. Sacramenta puberum. cum materia, Cod. Si advers. vendition. ubi contractus minoris, aliàs de jure invalidus, firmatur juramento: & per text. in cap. Significante de Pignor. ubi pactum legis commissoria reprobatum in pignoribus, firmatur juramento, secundum Innoc. & ibi communiter DD. de cujus tamen intellectu vide ibi Abbatem, & DD. Abbas in cap. Cum contingat. 3. column. in med. Imol. ibi, 5. column. num. 11. Bart. in leg. Si quis pro eo. de Fidejuss. 4. column. versic. Quarto dixi, & per text. in cap. Ex rescripto. de Jurejurand. ubi mulier, quæ non potest esse fidejussor, efficaciter obligatur virtute juramenti.

7 Unum tamen est, quod hoc videtur intelligendum, quando talis filius, vel filia aliquid recipit in præmium vel recompensam renuntiationis; quia tunc valet cum juramento: secus tamen est si nihil penitus recepisset; quia tunc non valet: ita probat textus in *dict. cap. Quamvis pactum*, ubi cum mysterio dicit, quod filia renuntiavit, dote contenta: quasi velit, quod solùm isto casu corrigitur jus civile, & validatur pactum. Secundò, quia quando filius vel filia nomine dotis, vel donationis propter nuptias, vel aliàs aliquid recipit, renuntiatione videtur in se habere quamdam æquitate, cum videatur illa receptio subrogari loco Legitimæ: undè meritò firmatur juramento. Tertio confirmatur, quia si tale pactum, & renuntiatione successione valerent aliquo non recepto, esset contra publicam & privatam utilitatem; quia filius vel filia careret dote & alimentis, nec reperirent quibus haberent: argumento *leg. 1. ff. Solut. matrimon.* Quartò, quia tale pactum, aliquo non recepto, videtur in se continere dolum, saltem re ipsa: argumento textus in *leg. Si quis cum aliter. ff. de Verbor. obligation. & in leg. 2. §. Circa. de Doli except.* ergo non est verisimile quod jus canonicum tale pactum iniquum velit approbare: maximè quod textus in *dict. cap. Quamvis pactum*, requirit quod non intenderit vis, vel dolus; ergo intelligatur ex proposito, vel re ipsa: & in expressò ita tenet Petr. de Anchar. in *dict. cap. Quamvis pactum. de Pact. lib. 6. in 2. notabil.* & tenet Richardus de Salycet. in *leg. Pactum quod tali. Cod. de Pactis. & Salycet. ibi, 3. column. in fin. vers. Aut paciscitur filia, &c.* Contrarium tamen est tenendum: imò quod tale pactum & renuntiatione cum juramento valet & tenet, etiamsi filius vel filia nihil penitus recepisset: quia ratio textus in *dict. cap. Quamvis pactum*, militat in utroque casu. Et in terminis ita tenet ibi Dominicus, penultim. column. numer. 12. qui bene prosequitur articulum, & adducit alia fundamenta: tenet etiam Probus ibi, in additione. ad Joan. Monach. in princip. Georg. Natan 6. column. versic. Quintò limita. Imol. in *cap. Quintavali. de Jurejur. penultim. fol. 2. column.* Idem Imol. in *leg. Stipulatio hoc modo concepta. 2. column. in medio*, & ibi Alexand. 3. column. numer. 9. Idem Imol. in *leg. Qui superstitis. de Acquirend. hæred. 1. column. in princip. Corn. in leg. Pactum. Cod. de Collat. 2. column. versic. Quartò limita.* & Alexand. ubi dicit hanc esse magis communem opinionem in *cons. 42. fin. column. 1. volum. idem Alexand. in cons. 225. 1. volum. antepenultim. column. Jason in cons. 133. in princip. 4. volum.*

Ex quo text. & communi opinione collige aperte, quod metus reverentialis in filio vel filia non annullat contractum nec juramentum gestum cum patre, vel matre, vel ascendentibus: de quo articulo vide in *leg. 1. §. Quæ observandæ. ff. Quarum rerum actio non datur.* Habemus igitur ex superioribus, quod licet filius vel filia non possit renunciare successioni vel hæreditati futuræ sine juramento, tamen cum juramento potest, & omninò repellitur à successione.

8 Ex quibus primò inferitur, quod mortuo patre vel matre ab intestato, non possit filius, vel filia quæ renuntiavit, eis in aliquo succedere de jure civili, nec prætorio, nec ex uno capite, nec alio: quia ex quo simpliciter & genericè renuntiavit, utriusque viæ quæ possit succedere videtur renunciasset, & sic ab intestato: argumento doctrinæ Glossæ singul. juncto textu in *leg. 1. §. Sed videndum. ff. de Success. edict.* ubi dicit, quod si hæres, qui potest venire ad successionem alterius ex duplici capite, vel duplici jure, scilicet, tam prætorio quam civili, repudiet; simpliciter & genericè videtur repudiare utrumque caput & viam successionis: quam ad hoc dicit singularem & unicam Paul. in *leg. 3. ff. de Acquir. hæred. in fin.* Item etiam, quia indefinita renuntiatione æquipollet universali: textus est in *leg. Si pluribus. ff. de Legat. 2. textus in leg. Si plures. ff. de Legat. 3. text. in leg. Turpia legata. §. fin. ff. de Legat. 1. textus in leg. Si hæredes nominati. eodem titul. textus in leg. Si is qui ducenta. §. Utrum. ff. de Rebus dub. textus in leg. Si necessarias. §. Si annua. ff. de Pign. actio. textus in leg. In usu Juris. ff. de Verbor. signific. Item etiam, quia tantum valet generalis dispositio quoad ea quæ possunt comprehendere sub genere, quantum particularis quoad speciem, de qua specialiter agitur, textus est notabilis in *leg. Si chorus. ff. de Legat. 3. textus in leg. Si duo. in fin. ff. de Administr. tutor. text. in leg. Si servus ejus. in fin. ff. de Acquirend. hæreditat. text. in leg. Quotiens. Cod. Famil. erciscun. textus in leg. 2. versic. 1. Cod. de Quadrin. præscr. text. in leg. Omnes. Cod. de Præscript. 30. vel 40. annor.* ergo ista renuntiatione hæreditatis utramque viam successionis debet comprehendere: & ita tenet & determinat notabiliter Domin. in *dict. cap. Quamvis pactum. fin. col. & quest.* & ibi Georg. Natan. 10. column. numer. 40. Art. in *leg. Qui superstitis. de Acquir. hæred. 3. column. in princip. Roman. in leg. Stipulatio hoc modo concepta. de Verbor. obligat. 8. col. numer. 29.* Et ista est vera opinio, licet aliqui teneant contrarium, imò quod possit succedere ab intestato; quia pater vel mater, quibus est facta renuntiatione, morien-*

riendo ab intestato, tacite videtur eos vocare cum aliis filiis ab intestato: argumento text. in *leg. Consciuntur, in princip. ff. de Jure codicill. & notatur in leg. Non justam, Cod. Ad Trebellian.* Sed huic rationi, & fundamento faciliter respondeo, quod intelligitur, quod ita demum filii, vel successores proximi in gradu tacite videntur vocati ab intestato per defunctum, quando nulla præcessit renuntiatione cum juramento: secus autem aliàs, ut hic; quia cum constet quod semel voluit pater vel mater eos excludere à successione sua virtute renuntiationis, præsumitur perseverasse & decedere in eadem voluntate.

9 Secundò & principaliter inferitur, quod talis filius vel filia, qui renuntiavit, non potest succedere contra testamentum patris, vel matris: unde, si talis filius vel filia prætereatur in eorum testamento, & nihil eis sit relictum, testamentum valet & tenet, & non possunt agere de nullitate, vel alio quovis remedio: ita probat text. in *dict. cap. Quamvis pactum*, ibi: Nullum ad bona paterna regressum haberet, & ibi notant & tenent communiter DD. & in expresso istam sententiam & conclusionem tenet Bald. dicens esse notandam, in *leg. Filio præterito, ff. de Injust. rupt. finali column. in principio*, & ante ipsum reperio quod ita tenet Bartol. in *leg. 1. §. Quod habebat, ff. de Bonor. possession. contra tabull. 2. column. numer. 6.* Raph. Cuman. in repetitione *leg. Si filius qui in potestate, ff. de Liber. & posthum. 9. column. numer. 18.* & ibi Jason. 2. column. numer. 10. Confirmatur, quia per talem renuntiationem filius vel filia efficitur extraneus, & amittit suitatem, & Legitimam debitam in bonis patris vel matris, quibus renuntiatum est: undè meritò non agit contra testamentum eorum; quia jus rumpendi testamentum regulatur à jure succedendi ab intestato: ita probat textus in *leg. Cum queritur, Cod. de Inoffic. testament. textus in leg. Parentibus, eodem titul.* ubi habetur, quod ad hoc ut filius possit agere de inofficioso testamento, inspicitur an ei debeatur Legitima, vel non: sed huic non debetur virtute renuntiationis juratæ; ergo, &c. textus in *leg. 1. ff. de Contra tabull. textus in leg. Posthumus, §. Si quis ex his, ff. de Inoffic. testament. textus in leg. Papinianus, §. Sed nec impuberis, eodem titul. textus in leg. Maximum vitium, versicul. Sancimus, Codic. de Liber. præter. textus in leg. 1. §. penultim. ff. Si tabullæ testament nullæ extrab. textus in leg. Si quis posthumus, §. Si filium, ff. de Liber. & posthum. textus melior de jure in §. Eadem hæc observantur, versicul. Item adoptivos, Institut. de Hæredit. quæ ab intest. defer. ubi expressè ponit regulam, quod ille qui*

Anton. Gomez. in Leg. Tauri.

non habet jus succedendi ab intestato, longè minus succedit contra testamentum. Confirmatur & 2. quia filius vel filia exclusus à successione patris per exhæredationem, amittit suitatem, cum amplius sibi non debeatur Legitima: textus est notabilis in *leg. 1. §. Sciendum, ff. de Suis & legit. hæred. textus in leg. Qui in aliena, §. Interdum, ff. de Acquir. hæred. textus in leg. Si quis posthumus, §. 1. de Liber. & posthum. textus in leg. Si posthumus, in principio, eodem titul. textus in leg. Filium, in princip. & in versic. Sed cum exhæredatio, de Contra tabull. textus in leg. Papinianus, §. Si ex causa, ff. de Inoffic. testament. textus in leg. Si quis filio exhæredato, ff. de Injust. rupt. textus in leg. Si quis filium, Codic. de Inoffic. testament. textus in leg. Sed si plures, §. Si ex assè, ff. de Vulgar. & pupill. Confirmatur, & tertio, quia ille filius reputatur extraneus, quando se abstinet à bonis patris: textus est in *leg. Necessariis, ff. de Acquir. hæred. textus in leg. Si filius qui patri, de Vulg. & pupill. textus in §. Sui, versic. Sed his Prætor permittit. Institut. de Hæred. qualitat. & different. textus notabilis in proposito in leg. 2. ff. Quod cum eo.* Sed iste se abstinet à successione virtute renuntiationis juratæ: ergo reputatur extraneus. Confirmatur & quarto ex doctrina egregia Bart. per text. ibi in *dict. leg. 1. §. Sciendum, de Suis & legitim. hæred. in fin.* ubi dicit Bart. quod si caveatur statuto, quod extantibus masculis filia foemina non succedat ab intestato, talis filia efficitur extranea, & amittit suitatem; & per consequens non succedet ab intestato, nec poterit agere de nullitate, vel alio quovis remedio, si prætereatur in testamento: Idem etiam tenet Bart. in *leg. finali. finali column. numer. 5. ff. Ad Tertilian. idem etiam tenet Bart. in leg. Maximum vitium, ff. de Liber. præter. penult. column. in fin. nam. 12. & ibi Paul. fin. column. Idem Bald. in *leg. Gallus, §. Et quid si tantum, ff. de Liber. & posthum. 3. column. in fin. Angel. ibi 4. column. nam. 7. Paul. ibi, 5. column. in medio, numer. 10. Alex. 6. col. numer. 16.* & istam dicit communem opinionem Jason. ibi, 14. column. numer. 46. Idem Bald. in *leg. Posthumus, §. Si quis ex his, 1. lectur. in fin. ff. de Inoffic. testament. & ibi Angel. Paul. de Castro in *leg. Filia dotem, 2. column. in princip. Codic. de Collat. & ibi notant Alex. Jason. & Roman. notabiliter & melius quam alibi in leg. Ut liberis, Codic. de Collat. 3. column. numer. 6. Jason. in leg. Si quis posthumus, §. 1. column. 2. de Liber. & posthum. Ergo eodem modo filius vel filia, qui renuntiavit cum juramento successione patris, efficiatur extraneus vel extranea, vel amittat suitatem, & nullo modo possit agere contra testamentum.****

10 Quæro tamen pro maxima & necessaria declaratione prædictorum: Si filius vel filia renuntiavit cum juramento successioni patris vel matris, vel recepit partem Legitimam, & in ea sit gravatus aliquo onere vel conditione, & promissit cum juramento amplius non petere, nec agere ad supplementum, nec rejicere gravamen vel conditionem, sed illud subire; & mortuus est relicto nepote, pronepote, vel descendens, an ejus renuntiatio noceat & præjudicet eis? Et certè passus & articulus est valde subtilis & dubius. In quo magistraliter & resolutivè dico, quòd duo casus sunt considerandi: Primus est, quando talis filius, vel filia, quæ renuntiavit, moritur vivente patre, vel matre, de cujus successione tractatur: Secundus est, quando moritur post mortem eorum. Primo casu videtur quòd talis renuntiatio jurata non noceat, nec præjudicet nepoti, pronepote, nec descendens ejus, sed liberè admittantur ad eorum successionem: Primo, quia mortuo vel excluso filio de medio in vita patris, nepos, pronepos, vel descendens ex eo subintrant locum & gradum ejus, & repræsentativè succedunt in jure, parte, & portione filio prædefuncto competenti: textus est in leg. 1. §. Quibus, ff. de Succession. edit. textus in leg. 1. §. Si filius, ff. de Suis & legitim. hæred. textus in leg. Si quis posthumus, §. Si filium, ff. de Liber. & posthum. textus in leg. Gallus, per totam legem, eodem tit. textus in leg. Posthumorum, ff. de Injusto rupto: textus in leg. Si quis filio exheredato, eodem tit. textus notabilis in leg. Si ex patronis, §. fin. ff. de Bonis libertor. textus in leg. 2. Cod. de Liber. præter. textus in §. Posthumorum, Instit. de Exheredation. liber. textus in §. Ita demum, instit. de Hæredit. quæ ab intestat. defer. Secundò facit, quia talis filius vel filia videtur renuntiare sub quadam tacita conditione: Si hæreditas ad eum devolvatur; sicut dicimus in stipulatione, acceptilatione, vel reali solutione purè facta animo novandi, vel dissolvendi obligationem conditionalem; quia habet tacitam conditionem: Si conditio obligationis veniat & purificetur; ut in leg. Si Stichum, §. 1. ff. de Novation. & in leg. Quotiens, §. 2. eod. tit. & in leg. Sub conditione, ff. de Solut. Sic ergo dicamus in nostro casu, quòd si prædicta tacita conditio delationis hæreditatis non veniat, renuntiatio sit nullius momenti. Tertio facit, quia hoc beneficium, & jus succedendi quòd habet nepos, non provenit immediatè ab ipso filio vel filia renuntiante, sed ab ipsa lege, & ejus dispositione: argumento textus in leg. Jus agnationis, ff. de Pactis, textus in leg. Si adrogator, ff. de

Adoption. textus in leg. fin. ff. de Pactis, textus in leg. Post mortem, §. final. ff. de Bonor. posses. contra tabul. cum similibus. Et in expressò istam sententiam, & conclusionem, licet sic non bene fundatam, tenet Bartol. in leg. Qui supersitit, ff. de Acquirend. hæred. 2. column. numer. 2. & 2. quæst. & ibi Angel. de Perus. Paul. de Cast. 1. column. & quæst. Joann. de Imol. 1. column. in med. versic. An autem tale pactum, Ludovic. Roman. 4. column. numer. 7. Raphael. Cuman. 2. column. numer. 5. Franc. de Aret. 5. column. versic. Tangit etiam, Bald. in leg. Pactum, Cod. de Collation. 2. column. numer. 2. & 2. quæst. & 3. column. 18. quæst. & ibi singulariter Paul. de Cast. 2. column. numer. 7. Fulg. 2. column. numer. 7. Alex. 3. column. numer. 7. Corn. 3. column. numer. 6. Philipp. Dec. penultim. column. numer. 18. Idem Bald. in leg. final. Cod. de Pactis, 4. column. numer. 16. Georg. Natan, in cap. Quamvis pactum, de Pactis, in 6. 2. column. numer. 77. Roderic. Suar. in repetition. leg. Quoniam in prioribus, Cod. de Inoffic. testam. fol. 33. 3. column. versic. Superest circa prædicta unum singulare dubium. Idem Roder. Suar. in eadem repetition. fol. 68. 3. column. versic. Solummodò placuit, sentit etiam Oldrad. consil. 40.

Sed advertendum, quòd contra istam sententiam & conclusionem se offert subtilis & insolubilis difficultas: Nam iste nepos vel descendens succedit avo repræsentativè ex persona patris & loco ejus, & in eadem parte, & portione, & cum eadem qualitate, & omnimoda subrogatione: textus est in leg. 1. §. Si filius, ff. de Suis, & legitim. hæred. cujus verba sunt: Si filius suus hæres esse desiit, in ejusdem partem succedunt omnes nepotes ex eo nati, textus in leg. Si nepotes, ff. de Collation. honor. textus in leg. 1. §. penult. ff. de Conjungend. cum emancip. liber. ejus, textus in leg. Papinianus, §. Quoniam autem quarta, in fin. ff. de Inoffic. testament. textus in leg. Posthumorum, ff. de Injusto rupt. textus in leg. 2. Cod. de Suis, & legitim. liber. textus in §. Cum filius, Institut. de Hæredit. quæ ab intestat. defer. textus in Authentic. de Hæred. ab intestat. venient. capit. 1. collation. 9. textus in Authentic. In successione, Cod. de Suis, & legitim. liber. Sed filius, qui renuntiavit cum juramento, excluditur à successione patris vel matris, & efficitur inhabilis: ergo similiter excludatur nepos, vel descendens ex eo. Sed sustinendo communem, potest dici, quòd talis nepos vel descendens non succedit ex persona patris defuncti, sed ex persona propria, licet repræsentativè & subrogativè intret locum & gradum patris, per locum à remotione seu privatione ejus; non verò succedit in eadem parte & portione: Unde assumit sibi locum, &

gradum quem invenit vacantem, non verò materiam vel portionem jam extinctam & repudiatam: ita singulariter & valde subtiliter tenet & declarat Bald. in dict. leg. Pactum. Cod. de Collat. pen. column. decima octava quæst. in fin. ibi Moderni. Quòd tamen notabiliter deberet intelligi, quando filius vel filia, qui renuntiavit cum juramento, nihil percepit à patre vel matre; vel si recepit, reperitur consumptum, & non pervenit ad nepotem, vel descendentem: secùs verò si recepit integram Legitimam, vel partem ejus, quæ pervenit ad nepotem vel descendentem; quia non succedet, vel saltem tenetur computare vel conferre eam: argumento textus in leg. Si nepotes, ff. de Collation. honor. textus in leg. Quoniam novella. Cod. de Inoffic. testam. textus in leg. Ut liberis. Cod. de Collat. textus in leg. Illam. eod. tit. & ibi DD. & in specie tenet & declarat Paul. de Castr. in dict. leg. Qui supersitit, ff. de Acquirend. hæred. final. column. versic. Prædicta.

Limita tamen & intellige prædictam communem opinionem, quando talis nepos vel descendens veniat ad succedendum avo cum aliis nepotibus vel descendens; secùs verò si cum patris vel avunculis, qui sunt in proximiori gradu ipsi avo, vel ascendenti, de cujus successione tractatur; quia tunc non potest admitti, nec succedere, quia non potest venire ex propria persona, sed ex persona patris vel matris qui renuntiavit; unde, sicut ille (si viveret) excluderetur, ita nepos vel descendens ex eo: ita tenet & declarat solus Salyc. in leg. Pactum quod dotali. Cod. de Pactis. fin. col. & quæst. Sed contrarium tenet communis opinio in locis ubi supra; imò quòd indistinctè nepos vel descendens succedat, etiamsi concurrat cum patris vel avunculis, per jura & rationes superiores: & in terminis ita tenet & declarat Alexand. in dict. leg. Pactum. Cod. de Collation. 3. column. numer. 7. & ibi Corn. 5. column. versic. Nihilominus putarem. Joan. de Imol. in dict. leg. Qui Superstitis, ff. de Acquirenda hæred. 1. column. in fin. & ibi Aretin. 5. column. versic. Tangit etiam post Bartol. qui idem voluit.

Sed his non obstantibus, in hoc arduo & subtili passu ego teneo contrariam sententiam & conclusionem; imò, quòd nepos vel descendens indistinctè excludatur à successione avi per renuntiationem sui patris vel matris, modò velit succedere cum patris vel avunculis, modò cum aliis nepotibus vel descendens; & ita tenerem in judicando & consulendo. Primò, quia semper utroque casu nepos vel descendens succedit repræsentativè ex persona patris vel matris, non ex persona propria: text. est in

Ant. Gomez in Leg. Tauri.

dict. leg. 1. §. Si filius, ff. de Suis & legitim. hæred. cujus verba sunt: Si filius suus hæres esse desiit, in ejusdem partem succedunt omnes nepotes, neptesque ex eo nati. textus in leg. 2. Cod. de Suis & legitim. liber. cujus verba sunt: Nepotes ex diversis filiis varii numero avo succedentes ab intestato, non virilibus portionibus, sed ex stirpibus succedunt. textus in Authent. de Hæred. ab intestato venient. cap. 1. coll. 9. ubi tantam de hæreditate morientis accipient partem, quantum eorum parens (si viveret) habuisset: quam successionem in stirpes vocavit antiquitas: textus in §. Cum filius. versicoul. Item si ex duobus. Institut. de Hæred. quæ ab intest. defer. Sed filius, vel filia quæ renuntiavit, est inhabilis ad succedendum: ergo nepos vel descendens ex eis similiter sit inhabilis, & repræsentativè ex eorum persona non possunt succedere. Ex quò clarè deducitur & infertur, quòd jura, quæ habent, quòd mortuo filio nepos intrat locum & gradum patris, debent intelligi, quando talis filius (si viveret) posset succedere; aliàs non. Secundò, quia quando aliquo casu vel respectu filius vel filia privatur à lege vel statuto successione patris vel matris, privatur etiam nepos vel descendens ex eo, tamquam natus ex radice infecta & inhabili: ita probat textus notabilis in leg. Si viva matre versic. In nepotibus. Cod. de Bonis matern. ubi habetur, quòd ejusdem conditionis & qualitatis debent esse descendentes ex femina, quod ipsa femina: textus in leg. Illam. Cod. de Collat. textus in leg. Fin. Cod. de Natur. liber. ubi habetur, quòd sicut filius naturalis vel spurius non succedit patri, ita nec nepos vel descendens ex eo: textus singularis in proposito in cap. 1. §. Hoc autem notandum est. de His qui feud. dare possunt. in lib. 1. Feudorum. ubi disponitur, quòd sicut in feudo non succedit filia femina, ita nec filius vel descendens ex ea: & in expressò ex isto fundamento & consideratione ita tenet Bartol. in leg. Liberorum. ff. de Verbor. signif. 6. column. numer. 14. idem Bart. in leg. 2. §. Videndum, in fin. ff. Ad Tertillian. Cin. in leg. 1. Cod. Quæ sit longa consuetudo. 2. col. in fin. Bald. notabiliter in leg. Maximum vitium. Cod. de Liber. præter. 2. col. & ibi Paul. Salyc. Alexand. & Corn. idem Bald. in leg. Si verò. §. De viro. in fin. ff. Solut. matrim. & ibi Imol. fin. column. & communiter DD. idem Bald. in leg. Sed si hac. §. Liberos. ff. de In jus vocand. & ibi Paul. & alii DD. idem Baldus in Authent. Si quas ruinas. Cod. de Sacros. Eccles. fin. column. idem Bald. in leg. 1. Cod. de Conditionib. insert. & ibi Paul. & communiter DD. Paul. de Cast. in leg. Gallus. §. Nunc de lege Velleia. ff. de Liber. & posthum. fin. column. &